

notio, & numerus productus per sinū totum, nempe 100000. diuidatur, proueniet sinus declinationis puncti propositi, cui in tabula sinuum sequenti gradus declinationis correspondētes sunt inueniendi. Exempli gratia cupio scire quanta sit declinatio octaui gradus pisc. inuenio eum distare ab æquinoctio viciniore nempe ariete 22. gradibus. Huius distantie sinū inuenio in tabula sinuum esse 376460. Dico igitur per regul. proport. 100000. dant 39874. quot dabunt 37460? Multipli- cando nunc sinum declinationis maximæ solis per sinum di- stantiæ, proueniunt 1493680040. quæ diuisa per sinum totum nempe 100000, relinquunt in quotiente 14936. sinum vide- licet declinationis puncti propositi, cui in tabella sinuum re- spondens gradus 8. min. 35. Et tanta est declinatio octaui gra- dus pisc. sic etiam virginis.

**TABELLA SINUVM SIVE SEMICHO-  
rdarum per gradus integros supputata.**



Circa usum huius tabellæ nota: quod si tibi offerantur gra- dus integri alicuius arcus sine minutis, illis facilè erit sinum correspondentem inuenire in latere ascriptum, sic sinui cuiq; dato gradus correspondentes. Quòd si verò gradus habeant minuta adiuncta, & velis tam gradibus quam minutis sinum correspondentem inuenire, sic procede: sume differentiam, quæ est inter sinum gradibus integris correspondentem & sinum proximè sequentem, quam differentiam semper a- scriptam habes in tabella data, eam multiplica per minuta ultra gradus integros oblata, productum diuide per 60, quoti- ens est pars proportionalis minutorum, quam adde sinui gra- duum integrorum, & habebis sinum quæsitū. Exempli gratia. Superius inuenta fuit declinatio maxima solis, grad. 23. min. 30.

C 2 quibus